

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consuetudo i  
cum fonte primo

Moles imposita sepulcro  
ipsa est uis dura consuetudinis  
qua premitur anima, nec resurgere  
nec respirare permittitur.

Dictum est autem: quatriduanus est.  
Reuera ad istam consuetudinem de qua loquor  
quodam progressu peruenit anima.  
Prima est quasi titillacio delectacionis in corde,  
secunda consensio, tertium factum,  
quarta consuetudo.

Augustinus super Mattheum omelia XLV.

Moles illa imposita sepulcro,  
ipsa est vis dura consuetudinis,  
qua premitur anima, nec surgere,  
nec respirare permittitur.

Quatuor in peccatis progressus.  
Dictum est autem, Quatriduanus est.  
Revera ad istam consuetudinem de qua loquor,  
quarto quodam progressu pervenit anima.  
Prima est enim quasi titillatio delectationis in corde;  
secunda, consensio; tertium, factum;  
quarta, consuetudo.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 98.5-6  
(PL 38, col.594).